



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

III. Markgraf Albrecht der Bär stiftet einen Markt in dem Dorfe Stendal und befreiet die Bewohner desselben von Zoll-Abgaben in gewissen Städten seines Gebietes, um das Jahr 1151.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

III. Markgraf Albrecht der Bär stiftet einen Markt in dem Dorfe Stendal und befreiet die Bewohner desselben von Zoll=Abgaben in gewissen Städten seines Gebietes, um das Jahr 1151.

Albertus, divina favente Clemencia Brandenburgensis Marchio, Notum sit cunctis Chriti fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Athelbertus, Dei gracia Marchio, in terra dicionis mee, que dicitur Balsmarlant (Balsamerland), forum rerum venalium institui, in propria villa mea, que appellatur Stendale, cum antea competens in terra illa forum non esset, Ubi legem hanc merces suas illuc advenientibus indulgeri placuit, Quatinus a die institucionis hujus exinde per quinquennium theloni jura nequaquam perfolvere cogerentur. Incolas vero memorate ville in urbibus dicionis mee Brandenburg, Havelberg, Werbene, Arneburg, Tanghermunde, Osterburg, Saltwedele et cunctis locis attinentibus, ab omni theloni exactione in perpetuum absolvimus. Insuper eisdem per omnia justiciam Maghedeburgensium Civium concessimus, cujus, si forte aliquando apud eos executio non valuerit, in Magdeburgensi civitate justiciam suam ipsos exsequi oportebit. Areas supra nominate ville hereditario et libero eis jure concessimus, Quatinus vendendi, et pro arbitrio suo disponendi liberam habeant facultatem, eo tamen modo, ut censum earundem arearum, quatuor videlicet nummos, annuatim exinde perfolvant. Judicialis potestas, prefectura judicii prefate ville Stendale, homini meo Ottoni ex me beneficii jure obvenit, ubi due partes mihi, tertia vero pars prefato Ottoni, aut heredi ejus, jure debetur. Forum vero, qui illo postmodum inhabitaturi advenient cum incolis primi temporis, tam in aquis quam in pascuis et silvis ceterisque rebus, equa in porcione esse decrevimus. Hujus rei testes sunt: Otto Marchio, Wernherus Comes, Theodoricus de Tangermunde, Syfridus de Arneburg, hominumque et ministerialium meorum quam plures.

Diese merkwürdige Urkunde habe ich nicht mehr im Original ermitteln können. Sie ist hier daher nur wiederabgedruckt aus Beckmann's Beschreibung Thl. V, Bd. I, Kap. II, Sp. 150; Lenz Grafensaal S. 213 und Buchholz's Gesch. v. Churm. I, 416. NB. Das Document hat kein Datum, gehört jedoch wahrscheinlich dem Jahre 1151 an. Vgl. Nidel's Beschr. der Mark Br. I, S. 117, 118. Der Schlußsatz Forum vero etc. wird wohl dahin zu berichtigen sein: Eorum vero, qui illic postmodum etc. — equam porcionem esse decrevimus.

IV. Der Rath der Stadt Stendal verpflichtet sich, ein von ihm mit großen Mühen und Kosten erlangtes königliches Privilegium der Stadt Salzwedel zuzusenden, so oft diese desselben bedürfen wird, im Anfange des 13. Jahrhunderts.

Discretis et honestis viris dilectis amicis suis Burgenibus in saltwedele Consules de (de) steindale paratum cum sincera dilectione in omnibus servitium. Commendatum esse volumus tam presentium quam futurorum memorie, quod nos, habito consilio cum burgenibus nostris maioribus, Ad petitionem et ob dilectionem dilectorum amicorum nostrorum burgenisium de saltwedele, cum eis tractatum talem habuimus cum promisso, priuilegium, quod a romanorum rege nobis vile cum diuersis laboribus obtinuimus et cum expensa, quocienscunque illud necessarium habuerint burgenes